



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani  
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii  
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum  
Patroni**

**Rebuffi, Pierre**

**Coloniae, 1610**

De regia facultate primum mensam graduatis debitum nominandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

ra & de sumpto illis, quando sufficiat.

*De regia facultate primum mensem graduatis debitorum nominandi.*

*Rex habita facultate à Papa nominandi primum mensem illum declarat, habendo rationem ad publicationem factam in parlamento Parisi ideo vult vt Aprilis sit graduatis dicatus & October, nominatis vero Ianuarius & Iulius, & Iulius, & decernit vt publicetur hæc declaratio, & secundum eam iudicetur.*

**R**anciscus Dei gratia Francorum rex, Mediolani dux, Genue dominus. Cum superioribus diebus certa inuenerimus concordata cum sanctissimo domino nostro Papa Leone decimo, quibus inter cetera ordinatur quatinus beneficia vacantia primo mense post publicationem illorum, afficiantur graduatis simplicibus. Verum cum ex diuersitate temporum quibus iam dicta concordata publicata in parlamento nostris fuere, dictorum mensium diuersitas, confusionem litium educatricem generare verisimiliter potuisset. Nos igitur, vt dictæ confusioni obicem apponeremus à iam dicto domino sanctissimo, domino nostro Papa literas apostolicas obtinuimus, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quibus permissum & concessum est illum primum mensem exprimeret nobis ac nominare licere. Ea propter facultatem

**F**ranciscus) Hæc declaratio fuit necessaria quia concordata fuerunt in mense Martio in senatu Parisiensi publicata, Tholose, Burdegale, & in aliis parlamenti regni Franciæ & Delphinatus alio tempore, ideo dubitabatur quis esset

nobis à sede apostolica prædicta concessam in sequentes, considerantisque dicta concordata in curia nostra parlamenti Parisi in mense Martii vltimè præteriti fuisse publicata, mensera præteritum Aprilis, dictam publicationem immediate sequentem, pro proximo mense eligimus & nominamus. Ex cuius initio ordo & computatio sequentium mensium, vt qui menses graduatis simplicibus necnon graduatis nominatis, ac ordinariis collatoribus spectant, sciant: & iuxta illorum ordinem beneficiis in illis vacantibus prouideatur, tenorem dictorum concordatorum insequendo, nullo habito respectu ad tempus publicationis eorundem concordatorum in aliis curiis nostris parlamenti factæ. Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris parlamenta Parisi, Tholosa, Burdegale, Rothomagi, Diuione, Gratianopoli tenentibus: necnon ceteris nostris iustitiariis & officariis mandamus & iniungimus quatenus has præsentis literas nostras publicare habeant: necnon in suis registris registrare, vt nemo ignorantiæ causam prætereendere possit, aut valeat: & iuxta tenorem iam dictæ facultatis



nobis concessa, & declarationis per nos facta, processus iudicare habeant, quia sic fieri volumus, & ita nobis placet, Non obstantibus quibuscuq; in contrarium facientibus.

primus mensis post publicationem, cum diuersae fuerint publicationes. & hic declarat publicationem supremi senatus Parisien. tanquam praecipuam esse sequendam. Nam sicut publicatio facta in curia debet attendi. *Card. in proemio cle. & dixi in vlt. nota. repe. l. vnica. C. de sen. quae pro eo quod interest. ita si non fiat publicatio in curia, sed in aliis parlamentis, illa publicatio incipietur, quae fit in principali parlamento. arg. l. si quis nec causam. ff. si certum per. l. queritur. de sta. homi. §. sed ius qui tem. instit. de iur. nat. gen. §. ciui. v. hic. Possent multa dicere de praeceminentia omnium parlamentorum, sed contentus sum remittere ad ea quae dicit Ioannes Montaigne cum addi. D. Boerii in tract. de auih. & praeceminent. sacri magni concilii: vbi licet videre de nominatione quomodo hic accipitur, & alibi in iure dixi in tract. nominatio. quest. 5. Et sic mensis sunt dicati hic qualificatis, ita olim singulis annis, Ianuarius enim Iunoni olim erat sacer, Neptuno Februarius, Martius Mineruae, Aprilis Veneri, Maius Apollini, Iunius Mercurio, Iulius Iulio, Augustus Cereri, Vulcanus Septembris, Marti October, Nouember Dianae, December, Vestae, teste Alexand. lib. 3. genial. ca. 24. fol. 85.*

que publi-  
catis quan-  
do in pluri-  
bus parla-  
mentis est  
facta atten-  
datur.

Menses olim  
dies dedica-  
u. significat  
quales si-  
nt.

Principis  
voluntas pro  
lege habe-  
tur, quomodo  
intelligitur.

Quod principi placet, legis habet vigorem. *l. ff. de consti. prin. §. sed & quod princ. de iure natu. instit. vbi doct. dicunt esse verum, quando animo condendi legem hoc facit, alioqui contra. vel quando voluntas redacta est in corpus iuris, vel constitutionum, seu ordinationum. Barb. in rub. de consti. c. l. n. num. 76. sed secundum eos sequeretur, quod voluntas principis alia quam lex non esset seruanda.*

Idco ego puto principis placitum legis

habere vigorem, & obseruandum pro lege, & sicut lex omnes tenet. *l. de quibus. ff. de legi. & ab omnibus obseruari debet. l. leges sacratissime. C. de legib. Ita & principis voluntas iusta, cum habeat vigorem, & effectum legis, non est tamen lex, sed obseruari a subditis debet vt lex. vnde si princeps ferias indicat propter partam victoriam, illae feriae obseruandae sunt sicut inditae a lege. *l. a nullo. C. de fer. gl. in clem. sepe. in verbo. ob necessitates. de verborum significat. sic dicit lex de voluntate testantis, prout quisque suae rei legasset, ita ius esto. l. ff. ad leg. falcid. l. verbis legis. de verb. sign. & disponat testator, & erit lex. §. disponat. in authent. de nupt. coll. 4. postquam a testatore dispositum & eius placitum pro lege seruari debet, ita & principis, si iustum fuerit: secus si iniustum. *si dominus, §. c. seq. n. q. 3. & quia nil est quod magis strictum debeat seruari quam lex, ideo dicit legis habet vigorem, quod est notandum ad elucidationem illorum iurium. alia vide quae scripsi in proemio constitutionum regia. m. i. gl. primi tomi.***

*Sequitur tenor dictarum literarum apostolicarum.*

*Papa concedit regi facultatem primum mensem nominandi, vt tollatur dubium ex varia concordatorum publicatione ortum.*

**L**eo episcopus seruus seruorum Dei, Charissimo in Christo filio Francisco, Francorum regi Christianissimo, salutem & apostolicam benedictionem. Dudum siquidem inter alia cum irritantis appositione decreti statuimus & ordinauimus, quod ex tunc de cetero occurrentibus ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum ac monasteriorum in regno Francia, & Delphinatu, ac comitatu Dien. & Valenti-

PPppp 2



nen. consistentium vacationibus dilecti filii ecclesiarum capitula, & monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum, episcoporum, ac abbatum ecclesiarum & monasteriorum vacantiū pro tempore huiusmodi procedere non valerent, sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spatium, & nobis & pro tempore existēti Romano pontifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas ad eandem nominationem per nos & Romanum pontificem huiusmodi ecclesiis, & monasteriis eisdem præficiendis nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis (in quibus inter alia, quod primo mensē post earundem literarum acceptationem & publicationem ordinarii collatores, dignitates, personatus, administrationes & officia ad eorum collationem, prouisionem, nominationem, præsentationem seu quamuis aliam dispositionem spectantia: graduatis simplicibus sub certis modo & forma tunc expressis conferre, & de illis etiam prouidere deberent: cauetur) plenius continetur. Quum autem, sicut accepimus propter diuersa tribunalia plurium parlamentorum in regno, Delphinatu, & comitatu prædictis consistentia, in quibus literas in eis

constitutas & expressas constitutiones publicari & acceptari diuersis temporibus propter locorum distantiam, oportet super primo mensē (qui ordinariis collatoribus ad conferendum graduatis conceditur) quis sit, plures lites & dispendia partium super hoc exoriri contingere possit, nos litibus & dispendiis huiusmodi pro nostri pastoralis officii debito obuiare volentes, & ne quis mentis sit deinceps huiusmodi dubitati aut habitari contingat maiestati tuæ, ut post publicationem & acceptationem litterarum concordatorum huiusmodi quis sit exprimere & nominare possit & valeat, motu proprio, & ex nostra certa scientia, autoritate apostolica, tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus, pariterque indulgemus, non obstantibus omnibus quæ in eisdem literis volumus non ob stare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo decimo octauo, decimo septimo Calendas Iulii, pontificatus nostri anno sexto. Sic signatum supra plicam, Ia. Questenberg. In testimonium quorum his præsentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Baugiaci die vigesima quinta mensis Octobris



Octobris anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo, & regni nostri quarto, Per regem Gedoin. Lecta, publicata, & registrata Tholosæ in parlamento vigesima secunda Nouembris, Anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo, Michaëlis.

*De per: a temerè venientium contra huiusmodi concordata.*

*Postquam rex per Papam fuit factus horum procellor concordatorum, mandat parlamentis, & aliis suis iudicibus, vt infractores legitimis pœnis afficiant, aut entiaq. reuocent, ac ista publicent, & in registris ea describere faciant.*

**R**anciscus a Dei gratia Francorum rex, Mediolani dux, & Genuæ dominus, vniuersis præsentis literas inspecturis salutem. Cum pro corroboratione nec non obseruatione decretorum cõcordati per nos cum sanctissimo domino nostro Papa Leone decimo initi, necessarium ac vtile foret, vt à sancta sede apostolica illius cõcordati protectores constitueremur, vt vtroque mucrone institutis concordatorum non parentes ferirentur. Literas apostolicas à iam dicta sede apostolica obtinuimus, quarum tenor inferius describitur. Quibus illorum concordatorum protectio nobis concessa est. Quocirca dilectis & fidelibus cõsiliariis nostris parlamenta nostra Parisius, Tholosæ, Burdegalæ, Rothomagi, Diuione, & Gratia-

nopoli tenentibus, nec non cæteris nostris

**F**ranciscus Dei gratia, &c. ) Considerare enim debet quis in his concordatis tria quæ scribit Bald.

*inc. solite. in fine. de maior. & obed.*

Primò, quis loquatur. *l. i. ff. ad leg. Iulian. de adult.* sic dicens: hæc lex lata est à diuo Augusto: ideo summe extollenda est sed constitutiones istæ à Papa & rege conditæ sunt, ideo ratione magnæ præeminentiæ conditorum sunt valde excellentes.

Secundo, considerandum est cui loquatur. hoc si consideres, intelliges loqui nobiliori populo totius mundi, & meliori, Gallis videlicet hominibus: quod facile est scire, si quis historias perlegat.

Tertiò, de quo loquatur. commendatur titulus de vulgari, quia continet materiã vtilẽ, & vulgã siue bulgã dignam, ideoq. bulgarem quandoque tenui rectè vocari per Vascones. Alii etiam ob frequentiam tituli seu materiæ cõmendantur. *l. legauit. ff. de liber. lega. l. i. de in integ. resti.* Si ad ma-

iustitiam & officianis mandamus & iniungimus quatenus iuxta facultatem nobis concessã concordatorum infractores pœnis legitimis afficiant. Et ea quæ in contrarium dictorum concordatorum attentauerint reuocent, & in pristinum statum reducant seu reduci faciant, compescendo compescendos, omnibus viis rationabilibus & debitibus. Et vt nemo iam dictæ nostræ protectionis ignorantiam prætere valeat, eas præsentis publicare, & in registris suis registrare faciant indilate: quoniam nobis sic placet, & ita fieri volumus, non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

P P P P

*Triplex autem b. hominum sunt: condicanda.*

*Galli omni populo sunt: nobiliores ac meliores.*